Incipit epistola ad ephesios.

Ephesii sunt asiani. hi accepto uerbo ueritatis per-
stiterunt in fide. hos conlaudans apostolus scri-
bit eis a roma de carcere. per tychicum diaconum. Sciendum est quod haec epistula quam nos ad ephesios scripta habemus, heretici & martianistae ad laodicenses attitulant.

Incipit capitula

I De fide & dilectione quam in scos exercetis
gratia estis salui per donum di. ne forte
quis extollatur. item non estis hospites
sed ciues scorum.

II Cuius rei gratia ego paulus uinctus xpi
ihu pro uobis. huius rei gratia flecto
genua mea ad patrem dni ni ihu xpi
ut det uobis uirtutem corroborari per
spm eius seruare unitatem sps in uin
culo pacis.

III Unus ds una fides unum baptisma

IIII Hoc dico ne ambuletis sicut gentes in uanitate
Renouamini spu & induite uos nouum
hominem irascimini & nolite peccare. nolite
contristare spm scm di.

V Uidete quomodo ambuletis quia dies mali sunt

Mulieres uiris suis subditae sint & fili paren
tibus & serui dominis.

VI De cetero confortamini state accincti lumbis
uestris in ueritate. FINIUNT CAPITULA

÷ iiii or epistolę.
sunt lectę

epist. ad ephes

Paulus apostolus xpi ihu per uoluntatem
di. sctis omnibus qui sunt ephesi. & fidelib;
in xpo ihu. gratia uobis & pax a do pa
tre nostro. & dno ihu xpo; ~~Lege si iubeat~~
~~tu diacon. Sanctorum.~~

Benedictus ds & pater dni nri ihu xpi.
qui benedixit nos in omni benedictione
spiritali in caelestibus in xpo. sicut elegit
nos in ipso ante mundi constitutionem.
ut essemus sci & immaculati in conspectu
eius in caritate; Qui praedestinauit nos
in adoptionem filiorum per ihm xpm in
ipsum. secundum propositum uolunta
tis suae. in laudem gloriae gratiae suae.
in qua gratificauit nos in dilecto filio suo.
in quo habemus redemptionem per sanguinem
eius. remissionem peccatorum. secundum
diuitias gratiae eius. quae sup abun
dauit in nobis in omni sapientia & pru
dentia. ut notum faceret nobis sacra
mentum uoluntatis suae. secundum

bonum placitum eius · quod proposuit in
eo in dispensationem plenitudinis temporum ·
instaurare omnia in xpo · quae in caelis & quae
in terra sunt in ipso; In quo & nos sorte uocati
sumus · praedestinati secundum proposi
tum eius · qui omnia operatur secundum
consilium uoluntatis suae. Ut simus in lau
dem gloriae eius ·
quiante speravimus in xpo; In quo & uos
cum audistis uerbum ueritatis · euangelium
salutis uestrae in quo & credentes signati
estis spu promissionis sco · qui est pig
nus hereditatis nostrae in redemptionem ad
quisitionis in laudem gloriae ipsius;
Propterea & ego audiens fidem uestram quae
est in dno ihu & dilectionem in omnes scos
non cesso gratias agens pro uobis memo
riam uestri faciens in orationibus meis · Ut
ds dni nri ihu xpi pater gloriae det uobis
spm sapientiae & reuelationis in agnitio
nem eius · inluminatos habere oculos cordis uestri ·

ut sciatis quae sit spes uocationis eius:
q(uae) diuitiae gloriae hereditatis eius in s(an)c(t)is.
quae sit sup(er)eminens magnitudo uirtutis
eius in nos qui credimus. secundum operatio
nem potentiae uirtutis eius quam operatus est
in xp(ist)o. suscitans illum a mortuis. & constitu
ens ad dexteram suam in caelestibus sup(er) omne(m)
principatum & potestatem. & uirtutem & domi
nationem. & omne nomen quod nominatur non
solum in hoc s(ae)c(u)lo. sed etiam in futuro; & omnia subiecit
sub pedibus eius: & ipsum dedit caput sup(er) omne(m)
aecclesiam quae est corpus ipsius & plenitudo eius qui
omnia in omnibus adimpletur; Et uos cum essetis
mortui delictis & peccatis uestris. in quibus
aliquando ambulastis secundum saeculum
secundum principem potestatis aeris huius
mundi huius: sp(iritu)s qui nunc operatur in filios dif
fidentiae. in quibus & nos omnes aliquando
conuersati sumus in desideriis carnis n(ost)rae.
facientes uoluntatem carnis & cogitati
onum. & eramus natura filii irae sicut
& ceteri; D(eu)s autem qui diues est in misericordia

propt nimiã caritatem suam qua dilex nos.
[nos] & cum essemus mortui peccatis. conuiuifica
uit nos xpo. cuius gratia estis saluati.
& conresuscitauit & consedere fecit in
caelestibus in xpo ihu. ut ostenderet in saeculis
superuenientib; abundanter diuitias gra
tiae suae. in bonitate sup nos in xpo ihu.
Gratia enim estis saluati per fidem. &
hoc non ex uobis. di enim donum est. non ex operi
bus ut ne quis glorietur. ipsius enim [sumus] estis.
facturae. creati in xpo [ihu] in operib; bonis. q prae
parauit ds ut in illis ambulemus. ppt quod
memores estote quod aliquando uos gentes
[qui eratis.] in carne. qui dica[ba]mini praeputium. ab ea quae
dicit circumcisio in carne manu facta. quia
eratis illo in tempore sine xpo. alienati a
conuersatione isrl & hospites testamento
rum. promissionis spem non habentes. & sine
do in hoc mundo. eratis longe. [Nunc aut in xpo ihu. uos qui aliquando] facti estis
prope in sanguine xpi. ipse est enim pax nra
qui fecit utraque unum. & medium parietem

maceriae soluens inimicitias in carne sua;
legem mandatorum decretis euacuans ·
ut duos condat in semet ipsum · in unum nouum
hominem faciens pacem & reconciliet ambos
in uno corpore deo per crucem · interficiens inimi
citias in semet ipso · & ueniens euangelizauit
pacem uobis qui longe fuistis · & pacem his qui prope
quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno
spiritu ad patrem; ergo iam non estis hospites &
aduenae sed estis ciues sanctorum & domestici dei;
superaedificati super fundamentum apostolorum & prophe
tarum · ipso summo angulari lapide christo iesu;
in quo omnis aedificatio constructa cres
cit in templum sanctum in domino; in quo & uos coaedi
ficamini in habitaculum dei in spiritu. Huius rei gra
tia Ego paulus uinctus christi iesu pro uobis
gentibus · si tamen audistis dispensationem
gratiae dei quae data est mihi in uobis · quoniam secundum
reuelationem notum mihi factum est sa
cramentum sicut supra scripsi in breui ·
prout potestis legentes intellegere

prudentiam meam in mysterio xpi. quod aliis
generationibus non est agnitum filiis hominum.
Sicuti nunc reuelatum est sanctis apostolis eius et pro
phetis in spiritu esse gentes coheredes et concor
porales et conparticipes promissionis in xpo
ihu per euangelium cuius factus sum minister
secundum donum gratiae dei quod data est mihi secun
dum operationem uirtutis eius mihi omnium sanctorum
minimo data est gratia haec in gentibus euan
gelizare inuestigabiles diuitias xpi. et in
luminare omnes quae sit dispensatio sacramenti
absconditi a saeculis in deo. qui omnia creauit. ut
innotescat principibus et potestatibus in caeles
tibus per ecclesiam multiformis sapientia dei. se
cundum praefinitionem saeculorum quam fecit in xpo ihu
dno nro. In quo habemus fiduciam et accessum
in confidentia per fidem eius. Propter quod peto ne defi
ciatis in tribulationibus meis pro uobis. quae est glo
ria uestra. Huius rei gratia flecto genua
mea ad patrem dni nri ihu xpi. ex quo omnis
paternitas in caelis et in terra nominatur.

ut det uob; secundū diuitias gloriae suae uir
tute corroborari p spm̄ ei(us) in interiore
hominē habitare xp̄m p fidem in cordib;
uestris. In caritate radicati & fundati.
ut possitis comprehendere cum omnib; scīs.
quae sit latitudo. & longitudo & sublimitas
& profundū; Scire etiā supereminentem
scientiae caritatē dei xp̄i. Ut impleamini in
omnē plenitudinem dī. Ei autē qui potens ē
omnia facere superhabundanter quā petimus
aut intellegimus secundum uirtutem quae
operatur in nobis ipsi gloria [in ecclesia &] in xp̄o ihū
In omnes generationes saeculi
saeculorum amen; III. Obsecro itaq;
uos ego uinctus in dn̄o ut digne ambule
tis cum omni humilitate & mansuetudine cū [margin: uocatione qua uocati estis]
patientia supportantes inuicem in caritate
Solliciti seruare unitatē spūs in uinculo
pacis; Unum corpus & unus spūs. Sicut
uocati estis in una spe uocationis uestrae;
Unus dn̄s. una fides. unum baptisma

Unus ds̄ & pat̄ omnium · qui sup omnes & p
omnia & in omnib; nobis ; Uni cuiq; aut̄ nrm
data ē gratia secundū mensurae donatio
in psalmo lxvii nis xp̄i · ppt̄ quod dicit ; Ascendens in caelum
captiuam duxit captiuitatē. Dedit dona ho
minib; ; Quod aut̄ ascendit quid ē. nisi quia
& descendit primum in inferiores partes
terrae ; Qui descendit ipse ē & qui ascendit
sup omnes caelos ut impleret omnia ; Et ipse
quidē
dedit quos dā apostol ; quos dā aut̄ pph&as ;
Alios uero euangelistas. Alios aut̄ pasto
res & doctores ad consūmationē scōrū · in
opus ministerii · In aedificatione corporis
xp̄i · Donec occurramus omnes in unita
tem fidei & agnitionis filii dī ; In uirum per
fectum in mensurā aetatis plenitudinis
xp̄i ; Ut iam non simus paruuli fluctuan
tes · Et circumferamur omni uento doc
trinae · In nequitia hominū · In astutia
ad circumuentionem erroris ; Ueritatē
autem facientes in caritate crescamus

In illo p omnia qui ē caput xpc. Ex quo totum
corpus compactum. & conexum p omnem
iuncturam subministrationis. Secundum
operationem in mensura unius cuiusque
membri augmentum corporis facit in aedi
ficatione sui in caritate. IIII. Hoc
igitur dico & testificor in dño. Ut iā non
ambuletis sicut gentes ambulant in uanitate
sensus sui. tenebris obscuratum habentes
intellectum. alienati a uita dī p ignorantiā
quae ē in illis ppt caecitatē cordis ipsorū. qui des
perantes semetipsos tradiderunt inpudicitiae
in operationē immunditiae omnes in auaritia.
Uos autē non ita didicistis xpm. Si tamen
illum audistis. & in ipso docti estis. sicut ē
ueritas in ihū. Deponere uos secundum
pristinā conuersationem ueterē hominem
qui corrumpit secundum desideria erroris.
Renouamini autem spū mentis uestrae &
Induite nouum hominem qui secundum dm
creatus ē in iustitia & scitate ueritatis.

In psal. IIII

Propter quod deponentes mendacium loquimini
ueritatem unusquisque cum proximo suo quoniam
sumus inuicem membra; Irascimini et nolite
peccare; Sol non occidat super iracundiam uestram;
Nolite locum dare diabolo qui furabatur iam non
furetur; Magis autem laboret operando ma- [suis]
nibus quod bonum est, ut habeat unde tribuat
necessitatem patienti. Omnis sermo malus
ex ore uestro non procedat, sed si quis bonus
ad aedificationem opportunitatis [fidei] ut det gra-
tiam audientibus; et nolite contristare
spiritum sanctum dei. In quo signati estis in die redemp-
tionis. Omnis amaritudo. et ira et in-
dignatio. et clamor, et blasphemia, tollatur
a uobis cum omni malitia; Estote autem
inuicem benigni misericordes. Donantes
inuicem. sicut et deus in christo donauit nobis;
Estote ergo imitatores dei sicut filii karissimi
et ambulate in dilectione sicut et christus
dilexit nos. et tradidit semet ipsum pro
nobis oblationem et hostiam deo in odorem

suauitatis; Fornicatio autem & omnis im
munditia aut auaritia nec nominetur in
uobis, sicut decet scos; aut turpitudo, aut
stultiloquium aut scurilitas quae ad rem non per
tinet. Sed magis gratiarum actio; hoc enim
scitote intellegentes. quod omnis fornicator
aut immundus, aut auarus, quod est idolorum
seruitus, non habet hereditatem in regno xpi
& di; Nemo uos seducat inanibus uerbis;
propter haec enim uenit ira di in filios diffidentiae.
Nolite ergo effici participes eorum; Eratis
enim aliquando tenebrae. Nunc autem lux in
dno. ut filii lucis ambulate; Fructus enim
lucis est in omni bonitate & iustitia & ueritate;
Probantes quid sit beneplacitum do. & noli
te communicare operibus infructuosis tenebrarum.
Magis autem & redarguite; quae enim in
occulto fiunt ab ipsis turpe est & dicere.
Omnia autem quae arguuntur a lumine mani
festantur; omne enim quod manifestatur lumen
est. Propter quod dicit, Surge qui dormis & exsurge

aemortuis & inluminabit te xps; Videte
itaq: frs quomodo caute ambuletis, Non qua
si insipientes, sed ut sapientes, Redimentes
tempus qm dies mali sunt, Propterea nolite
fieri inprudentes. sed intellegentes q: sit uoluntas
dni; Et nolite inebriari uino in quo e om
nis luxuria, Sed implemini spu sco. Loquen
tes uobis metipsis in psalmis & hymnis & can
ticis spiritalib; cantantes & psallentes in cor
dibus uestris dno; Gratias agentes semp
pro omnib; in nomine dni nri ihu xpi do patri;
subiecti inuicem in timore xpi; Mulieres
uiris suis subditae sint sicut dno; qm uir
caput e mulieris. Sicut xps caput e aecle
siae. Ipse saluator corporis; Sed ut
aeclesia subiecta e xpo, Ita & mulieres
uiris suis in omnib; Viri diligite uxores
uestras. Sic & xps dilex aeclesiam & seipsu
tradidit pro ea Vt illam scificaret mundans
lauacro aquae in uerbo, Vt exhiberet ipse sibi
gloriosam aeclesiam. Non habentem maculam

aut rugam . aut aliquid eius modi ; sed ut sit
sca & immaculata ; Ita & uiri debent diligere
uxores suas ut corpora sua . Qui suam uxorem
diligit seipsum diligit , Nemo enim umquam carnem
suam odio habuit . Sed nutrit & fouet eam sicut
xps eclesiam ; quia membra sumus corporis eius
de carne eius & de ossibus eius ; ppt hoc relin
quet homo patrem & matrem . & adherebit uxori
suae . & erunt duo in carne una ; Sacramentum
hoc magnum est , Ego autem dico in xpo & in ae
clesia ; Uerumtamen & uos singuli unusquis
que suam uxorem sicut seipsum diligat ; Uxor
autem amat uirum ; filii oboedite paren
tibus uestris in dno . hoc enim est iustum ; honora
patrem tuum & matrem tuam . quod est man
datum primum in promissione . ut bene sit
tibi & sis longeuus sup terram . & patres nolite
ad iracundiam puocare filios uestros sed edu
cate illos in disciplina & correptione dni ;
Serui oboedite dominis carnalib; cum timore
& tremore in simplicitate cordis uestri sicut xpo .

Non ad oculum servientes quasi hominibus
placentes. Sed ut servi xpi facientes volun
tatem di ex animo. cum bona voluntate servi
entes sicut dno. Et non hominibus; scientes qm
unus quisq; quodcumq fecerit bonum hoc per
cipiet a dno. Sive servus sive liber. Et vos domi
ni eadem facite illis. remittentes minas; sci
entes quia et illorum et vester dns est in caelis.
Et personarum acceptio non est apud eum.
VI De cetero frs confortamini in dno et in po
tentia virtutis ei. Induite vos armaturam di.
ut possitis stare adversus insidias diaboli;
quia non est nobis conluctatio adversum
carnem et sanguinem. Sed adversus princi
pes et potestates. adversum mundi rectores
tenebrarum harum. contra spiritualia nequitia
in caelestibus. Propterea accipite armaturam di
ut possitis resistere in die malo. Et in omni
bus perfecti stare. State ergo succincti
lumbos vestros in veritate. Et induti lori
cam iustitiae. Et calciati pedes in prae

praeparatione euangelii pacis; In omnibus su
mentes scutum fidei in quo possitis omnia tela
nequissimi ignea extinguere; & galeam salutis
adsumite & gladium spiritus quod est uerbum dei;
per omnem orationem & obsecrationem. Orantes
omni tempore in spiritu & in ipso uigilanter in om
ni instantia & obsecratione pro omnibus
sanctis & pro me; ut detur mihi sermo in apertione
oris mei cum fiducia notum facere misterium euan
gelii pro quo legatione fungor in catena ita
ut in ipso audeam prout oportet me loqui; Ut
autem & uos sciatis quae circa me sunt quid agam omnia
uobis nota faciet Tychicus carissimus frater
& fidelis minister in domino quem misi ad uos in hoc
ipsum ut cognoscatis quae circa nos sunt & con
soletur corda uestra; Pax fratribus & [uobis]
caritas cum fide a deo patre & domino ihesu christo;
Gratia cum omnibus qui diligunt dominum
nostrum ihesum christum in incorruptione amen;
Explicit ad ephesios. scripta ab urbe
Roma. habet uersus CCCXLIII